

Item circa corpus esse in momento temporis: & ideo auctoritas illa non est habenda sicut auctoritas, quia tradita est per radicem erroris.

*Ad secundum potest concedi, quod intellectio Angeli non rapit et, sed durat cum aliquo tempore nostro, & tamen non proprius hoec sequitur quod est in tempore. Potest enim, quod est in two ducate cum nostro tempore. Vel potest dici, quod aliqua intellectio potest in esse Angelo praefice cum instanti temporis notti: & post illud instantis potest habere aliam intellectiōēm immediate. Et quando dicitur, natura nihil producit, ut statim non sit. Verum est, quod natura non intendit hoc statim non esse, quod producere: nec eam natura per generationem aliquid producet, quin inter generationem, & corruptionem, que sunt in instantibus temporis continuū, ita tempus medium: & ita generatio, & corruptio non possunt continentia sibi invicem perpetuo secundum intentionem Philosopphi ibi. Tamen non est inconveniens aliquid esse non in tempore continuo, & statim non esse, sicut apparet de mutatione, & instanti, que non habent esse nisi captim, & statim non sunt. Ad aliud, quod adiudicatur pro prima opinione secundum Ang. Deus moves per tempus. Potest dici, quod accepti ibi tempus pro omni eo, quod potest habere esse post non esse, sicut expostionis sunt auctoritates in *tempo*, qu. de *acto*. Et hoc modo quod alibi aliud a Deo ex tempore; & illud potest dici moveri per tempus, quod habet aliquid succedens alteri, at esse post non esse, hanc succedens, vel illud cui succedit, non sit proprius tempore: quod non esse, vel nihil nullam habet mensuram: ita dicendum est in propozito.*

QUESTIO QUINTA.

*Verum ducet ut in loco?*

Vinto circa secundam partem: hujus d. in qua (a) tractat Magister; ubi fuerint Angeli creati; quartū de loco Angeli. Ubiquo primo circa huc, Utrum Ang. sit in loco? (b) Videtur primo quod non. Badius de Hebdomad. Communis animi concepcion est incorporalis non esse in loco. (c) Secundo fī. August. 9. q. q. 20. vide probata ex intentione; quod Deus non est in loco per hoc medium; quod non est corpus: præmissa est vera de Angelo: (d) ergo & conclusio. Item super Gen. dicit de Deo; quod movet creaturam corporalem per locum, & tempus, & spiritualem per tempus tantum: ergo negat a spirituali motione per locum: & iā negat eam esse in loco. Tertio Articulis 4. Phys. Locus est ultimum corporis continentis immobile primum. &c. Sed nullum corpus continet.

<sup>a</sup> Arg. 1. <sup>b</sup> Arg. 2. <sup>c</sup> Vide Arg. ad Orat. I. 4. c. 3.

*d Arg. 3; Tex. c. 41. Vid. 1. Gal. c. 69. ad hoc. Ut inquit Aristo  
n prædicamento quantitatis.*

net Angelum: quia continens est actualius contendo: nullum autem corpus est actualis Angelo, ergo, &c. Quatto se, Omne locutum habet sicut: sed situs non convenit nisi quanto, quod patet, quia possum uno modo est differentia quantitatis, & illo modo non convenit nisi quantitate. Alio modo, ut et Pradicantem, est passio fundata in quantitate: ergo nulla modo convenit Angelo, ergo non locus. Contra hoc et Magister in littera, et distinctione 37. primi & adducit ad hoc auctoritates. Similiter Dam. c. 13. §. 16. ¶ 20.

QUESTIO VI.

*An locus Angeli sit determinatus, punctualis, maximus et minimus?*

**S**exto juxta hoc quarto sine argumentis; (a) Utrum Angelus requiras determinatum locum, ita quod nec in majori, nec in minori possit esse, sed praece in tanto loco: & includitur hic. Utrum possit esse in loco punctuali? Et utrum in quantumcumque magno loco, est in quantumcumque parvo?

Ad primam questionem dicitur, quod Angelus est in loco per operationem praecise ad quod probandum adducitur. Damasc. c. 13. *In corpore, inquit, natura ubi adest, & operari, non corporali-ter, sed spiritualiter continetur. Si infra eodem c. Intelligenzia dicitur circumscripti, ubi adest intellectualiter, & operari, &c. 14. Intellectualiter adesto, & operari, ubi utique miseri succurso. Ita quoque semper videatur cum eis Angeli in loco, adiungere operari quasi huius fieri Angelum esse in loco, ipsorum operari in loco.*

Conta hoc est, quia istud videtur esse damnatum, sicut quidam articulus damnatus ab Episcopo Patricio, & excommunicatus. Quod si dicatur, quod excommunicatio non translat mare vel dicendum. Si tamen fuit articulus condemnatus, sicut articulus hereticus, ubi est condemnatus sicut hereticus non autoritate dicetissimi cantum, sed eriam auctoritate Papae, extra, de heret. c. **Ab absconditum** vel latenter sententia est suspecta, quando in aliqua universitate follementum est. Alii autem nolentes verbo suspecto ut, Angelum videlicet, esse in loco per operationem : dicunt ipsum esse in loco per applicationem eius ad locum. (b) Sed isti videtur idem dicendo, sub alio vocabulo occultare, non enim videtur applicatione posse intelligi aliquid esse, nisi sit auctus primus, vel actus secundus, non actus primus, patet ne actus secundus, quia si intelligimus actus secundus, ergo operatio, & non immancans, ut intellectio vel voluntas, quia operatio eius immancans ita abstracta in loco, sicut

a D. Th. 1. q. 52. ar. 1. ♂ 2. quadratum in 2. ♂ in 1. d. 37. ♂  
Erid. in 1. d. 18. q. 8. ♂ Var. bic vide c. 7.

<sup>b</sup> Goffred. quodl. 8. q. 13. hic modus dicendi videtur potius D.  
Tb. quam praeor. vide cum quodl. 1. ar. 5.

scientia Angelii : igitur applicatio est operatio transiens in corpus, & ita sit in loco per operationem ejus circa corpus in loco.

Contra conclusionem hujus opinionis arguitur primo, quod sic possem contradicat subipsi, quia in quaest. illa. (a) An Deus sit ubique probat quod sic sit per hoc, quia secundum Philosophum 7. Physicorum. *Moveni est simul eius moto;* & Deus est primum efficiens ; & ideo potens movere omne mobile ; ex hac concludit, quod est in omnibus, & praesens omnibus. Quero quid intendit per hoc concludere? Aut esse praesentem omnibus, hoc est inveniens, & tunc est petitio principii, quia idem est praemissa, & conclusio, & nihil ad propositionem: quia ibi intendit concludere immensitatem Dei, secundum quam Deus est praesens omnibus. Aut intendit concludere illam praefantiam, que competit Deo, in quantum est immensus : & tunc ex operatione alicubi, secundum ipsum, sequitur praefantia illa, que pertinet ad immensitatem divinam, quae est Dei, in quantum Dei, ita quod prius naturaliter erit praesens inquantum immensus, quam in quantum operans, & hoc concludit ex hoc, quod est in omnibus per operationem, sicut ex posteriori: igitur a similii inposito, prius naturaliter est Angelus praesens alicui loco secundum essentiam, quam sit praesens secundum suam operationem. Constitutus ratio, quia natus videtur de Deo, quod oporteat ipsum esse praesentem ei, in quod agat per praefantiam, sive per essentiam, quam Angelus: quia illud quod est limitata potentia videtur posse agere inquantumcumque dicitur: sed illud, quod est determinata, & limitata virtus, requirit determinatam approximationem pati, ad hoc, quod agat in ipsum. Natura enim videtur agere virtutis limitata, & determinata, cuius actio non possit impediti, per minimam dilatationem ad passum, & ita magis videtur necessario ponere Angelum esse praesentem ad hoc, quod agat. Consiematur etiam, quia si actio aliqua est in corpore a Angelo, quero quomodo se habet actio ita ad virtutem illam, a qua procedit: aut mediate aut immediate. Si est immedita illa, a qua procedit: igitur immediate est Angelus in tali corpore, vel iuxta talis corpus. Si mediate, igitur est ab illa virtute per alium medium, & de illo medio has cedemus quæst. & tunc oportebit statim ad hoc, quod illud, quod primo est a tali virtute immediatum est tali virtuti, & per consequentem illi, cuius est tali virtus, & ita & converso erit praesens ibi. Præterea secundo, sequitur quod Angelus aliquando, immo frequenter nusquam sit, nimirum operatus in celo empyreio, quia illud non est mutabile, nec mobile: igitur nusquam Angelus est in celo empyreio, ubi tamen est ut plurimum. Item, si transeat de celo ad terram, pote operari in locis extremis, nimirum agendo in omnibus locis intermediorum, quia potest esse aliquis Angelus, qui non est motor alicuius orbis intermedii: igitur nec ille tunc erit in celo, nec in terra, nec in me-

Præ-

a. D. Th. I. f. qu. 8. ay. 2. Tex. c. 4. 6. 8. 9. W. 10.

### Quæstio Quarta.

91

Præterea tertio, si Angelus est in loco per operationem : ergo ibi primo est, (a) uoi primo operatur. Sed primo operatur in toto celo: totum enim celum est primo proportionatum virtuti Angelii, ita quod totum primo moveat, & ita proportionatum secundum Philosophum fecerat de Caelo, & Mondo. Quod si adderetur una stella, moveret eam pena, & labore, & tamen non est primo in toto celo ergo, &c. Si dicas, quod primo moveat aliquam unam partem, & ibi est, & per motum illius partis moveat aliam partem, quasi impellendo, vel trahendo. (b) Contra hoc, licet Philosophus imaginetur illum rufieum habere pedes, & caput in polis, & brachia protensa, & extensa ad Orientem, & Occidentem; secundum veritatem tamen, si primus ex eum ponatur mobile, & non quiescens, nullus punctus est in celo magis orientis, quam aliis, sed quilibet punctus est orientis successivus; nullus etiam punctus est magis capax motus, quam aliis secundum veritatem; & ideo non est in celo ex natura rei dextrum, & sinistrum, sicut in animali. Pars enim dextra, que est in animali, magis capax est virtutis animae, quam pars sinistra, in nulla parte potest ponи Angelus primo, ex hoc quod primo illam partem moveat. Hoc etiam confirmatur, quia si esset in aliqua parte: quod si quiescens per se, motus tamen per accidens, sicut nauta in navisita quod semper circumferretur cum illo motu, videatur inveniens talern motum attribuire Angelo moventi orbem. Nec etiam potest ponи quasi per se quiescens, & quod juxta illum sit quasi fluens pars, & pars ipsius certe, & quod partem magis illi praesentem semper primo moveat; non cum est alignare in quo queat illi Angelus, cum coniuge moveat partem praesentem, & existendo in aliquo inquantum est motus, non erit quiescens in eo, ut videtur. Præterea, illud quod est ratio Angelorum existendi in loco, est in eo formaliter, aliquoquin Angelus nullo modo erit formaliter in loco: operatio autem transiens in corporis non est formaliter in Angelos: ergo, &c.

Præterea, illa operatio est commensurativa in loco per accidens: igitur si per eam Angelus est in loco, & nullo alio modo, est ibi commensurativa. Præterea, Damascenus cui maxime immittuntur, non est pro eis. Tum, quia omnes auctoritates communiter tempor copulant, ad esse & operari, ubi esset superfluitas, nisi aliud esset formaliter Angelum esse in loco, quam ipsum operari in loco. Dicit enim in prima auctoritate, ubi adeſt, & operatur, & in secunda auctoritate dicitur, Angelum esse in loco propter adesse insulae Euanalites, & operari; & in tercia, intellectu aliter adesse, & operari, ubi uixique facilius miss. Similiter idem Damascen. cap. 10. dicit, quod calum est continentia uisibilium, & invisibilium creaturarum, & infra ipsum Angelorum virtutes inclauduntur. Ita igitur secundum ipsum sunt modo Angelii in celo, quod includuntur intra coelum: noa sic autem includebantur in principio sue creatio-

nis,

a. Tex. c. 71. & alibi. b. 2. de Cœlo text. 13. & inde.

nis, qui ipso cap. 17. videtur afferre Gregor. Theologo, quod conditi fuerunt ante corporalem creaturam, tunc enim non erant in loco sicut modo sunt, quia modo coactimenter in loco: tunc autem non continebantur, & tanta tunc poterunt intelligere creaturam corporalem secundum Augustin. super Genes. quia prius habuerunt cognitionem materialiam, quam via pertinam: & poterunt intelligere objectum ex parte objecti sub eadem ratione, qua modo intelligunt illud: ergo per solam intellctionem objecti, non ponit eos Damascen. esse materialia objecta.

Ad questionem igitur ita solvendam. (a) Primo videndum est de loco corporis; calibet enim corpori praeceps ultimum, cuius non est aliud extra continentem, sex convenientem. Primo etsi in loco: secundo etsi in loco actuali: tertio etsi in loco determinato, quia sequitur: quartu etsi in loco conmiseratius: quinto etsi in loco determinante hoc, vel illo: sexto etsi in loco naturaliter, vel viator. Quatunque prima convenienter corpori, inquantum quantum, vel inquantum corpus. Quintum convenienter fibi ad agentem. Ultimum convenienter fibi inquantum est corpus naturale. Liter enim nullum quantum exigit, nisi ipsum se quale: tamen exilium prius naturaliter est quantum, quam quale, & secundum hoc prius naturaliter est Mathematicum, quam quale, hoc est tale, quale primo consideratur a Mathematico per le, & prima, & hoc intelligit Philosoph. 4. Physicorum cap. de uscio, (b) ubi vult, quod si corpus subveniatur in aere, vel aqua, licet nullus habiat passionem naturaliem tantum: tamen factis distas latera corporis continentis quantum est ipsum corpus ibi possum: ita quod quantum est ipsum corpus, tantum facit diffire, & hoc non convenienter fibi inquantum est naturale tantum, sed inquantum est quantum praecise, & ita Mathematicum.

Exponendo autem ista per ordinem, dico, quod omne corpus tales, aliud a primo, primo est in loco, hac est, in consistente praecise, etiam immobile, hoc enim intelligitur per illam distinctionem Philosoph., quam ponit 4. Physicorum, de loco scilicet, locus est ultimum corporis continentis immobile (c), primus. O. Divisibile enim secundum illam dimensionem, secundum quam est divisibile, non potest immedieate esse applicans aliqui ut contingens ipsum; sed praecissum continens aliquis est indivisibilis. Nihil autem indivisibile de genere Quantitatis per se existit, sed in aliquo divisibili, & ideo sequitur illud praecissum continentis est ultimum aliquis divisibilis continentis, illi autem unitates non est de ratione loci, sicut est de ratione continentis praecise. Quia si potest indivisibile per se esse, & nullus divisibilis ultimum, illud indivisibile vere inveni per se potest esse praecissum continentis. Ultra autem itam continentiam praecissam, addit locus immobilitatem, qua distinguatur a vase, secundum Philosoph.

4. Phys.

<sup>a</sup> De quarto Scot. 4. ed. 10. q. 1. a. 2. Vide Scot. 4. Phys. q. 1. 2. & 4.  
<sup>b</sup> Tex. c. 76. <sup>c</sup> Text. c. 41. Definitio loci de qua Scotus ap. Phys. q. 1.

4. Phys.: quoniam immobilitatem, vix sunt diversi diversimodo salvare per respectum ad polos, & ad centrum. Sed breviter dico, quod si subiectum non maneat idem, nullum accidens absolutum, vel respectivum manet idem, secundum Philosophum, & ideo cum maneretur sit omnem substantiam, qua continet hoc corpus, posse moveri localiter, & non manere idem numero, pars, omne accidens absolutum, & respectivum, quod est in continuo istud corpus, manere non posse idem numero, & ideo nec locum, sive locus ponatur esse aliquid absolutum in tali corpore, sive respectivum. Et si dicatur, quod est ultimum totius universi, & licet ut est ultimum continentis variorum, tamen ut est ultimum universi non variatur, nec hoc salvat, quia non est ultimum totius universi, nisi quia primo est ultimum aliquis partis eius: & ideo si est aliud, & aliud, ne est alterius, & alterius partis, non est idem, ut est totius universi: hec enim in aliquo loco sunt multa partes; tamen quod competit sibi per unam partem primo praecise, & post aliud praecise s non est idem numero. Dico igitur, quod locus haber immobilitatem oppositam motui locali omnino, & incorruptibilitatem secundum aequivalentiam per comparationem ad motum localen. Primum patet, quia si est aliquo modo mobile localiter, quantumcumque accipiat per accidens, poterit dici etsi in loco per accidens, & ei assignari aliis, & aliis locis, sicut licet similiter moveatur quasi per accidens, quia scilicet in quarto, vel in quinto gradu, quia pectus corpus, & per hoc superficies, & per hoc alibedo, & per hoc similitudo; tamen superficies, vel alibedo, vel similitudo, vere est, quando moveatur in toto corpore in aliis, & alio loco. Similiter tunc aliquid quiescens potest moveri localiter: nam quod habet aliud, & aliud locum successive, localiter moveatur: fixum autem potest habere aliud, & aliud locum continentem, si moveatur locus per accidens. Secundum probo, quia licet locus corrumpatur motu eius subiectio localiter, ita quod moto aere localiter, non nimis in ea evadet ratio loci, sicut prius, sicut patet ex iam probato: nec evadet ratio loci potest manere in aqua succedente, quia idem accidens numero non potest manere in duobus subiectis: tamen illa ratio loci succedit, que est alia a ratione praecedenti secundum veritatem, & est etiam precedenti per aequivalentiam, quantum ad motum localen: nam ita incompossibile est localiter motum esse ab hoc loco in hunc locum, sicut si est omnino idem locus numero. Nullus autem idem motus localis potest esse ab uno ubi ad aliud ubi, quia duo ubi non correspondent duobus locis differentibus specie propter spatium interceptum: quia habentibus alium respectum non tantum numero, sed etiam specie ad totum universum: ex hoc illi respectus, qui sunt tantum numero aliis, videntur unus numero, quia ita sunt indistincti respectu motus localis, sicut si tantum esset unus respectus. Exemplum hujus patet aliquilter in nominibus significativis: quis haec vox *benignus*, quotiescumque proferatur una vox numero, & distinguit ab hac voce *lapis* numero: cum tamen non possit eadem vox sunto bis proferri, ita quod quo sunt fidelitatem, tor

uit vices diffinita numero : & haec vox *homis*, & haec vox *lapis*, non  
tum numero, sed etiam specie distinguuntur : tamen quia ad hanc  
voce, scilicet ad exprimendum conceptum per aquivalentiam sunt  
idem numero homo, & homo, & lapis, & lapis quoquecumque prolatum :  
ideo dicuntur esse una vox numero respectu illius finis. Sic dico in pro-  
posito, quod locutus est immobilis per se, & per accidentem localiter : est  
tamen corruptibilis moto subiecto localiter, quia rumpit amplius non  
manet in eo illa relatio : & tamen non est corruptibilis in se, & secun-  
dum equivalentiam, quia necessario succedit illi corpori, in quo fuit  
ista ratio loci aliud corpus, in quo est alia ratio loci numero a prece-  
denti, & tamen eadem praecedenti secundum equivalentiam per com-  
parationem ad motum localem. Sed nunquam omnis corpus aliud a pri-  
mo corpore, necessario est in loco, qua quantum ? Philoponus diceret,  
quod sic, quia dicere non posse illi aliquod corpus aliud a corpo-  
re celesti qui sit in sphaera activorum, & passivorum : & diceret il-  
lud, necessario continetur sub aliquo praeclere continente. Tamen oppo-  
situm videtur vetum secundum Catholicos, qui Deus posset iacte la-  
pidem non existente aliquo alio corpore locante, & lapidem existen-  
tem separatum ab omni alio corpore: quia posset illam facere extra  
universum, & utroque modo esset non in loco, & tamen esset idem  
secundum omnes absolutum in le. Per nihil igitur absolutum in le ne-  
cessario requirit esse in loco, sed tantum habet necessario potentiam  
passivam, quia posset esse in loco, & hoc, posito loco in existentia  
actuali, & posita praesentia eius respectu aliquibus corporis locantibus. De  
secundo dico, quod (supposito primo) corpus quantum est in loco in  
actu, quia in praeclere continent actualitas: non enim potest esse in  
loco, quia situd ultima, quod est proximum continent, faciat illud  
esse actu, quia facit latenter corporis continentis distare, secus est de  
parte in toto : qui non facit suppositionem in potentia continentem ip-  
sum esse in actu : & ideo non est pars in toto, sicut locatum in loco.  
**4. Physicorum (4).** De tertio dico, quod propter eandem quantita-  
tem necessario exigit corpus locum sibi coquendum. De quarto dico,  
quod propter hoc idem, est in loco commensurative, ita quod pars  
superficiei contente correspontet parti superficie contenti, & to-  
tum roti. Quinque competit corpori ex determinato loco locante. Se-  
xum competit sibi, inquantum est corpus naturale, ex hoc scilicet,  
quod inquantum habet formam substantiale determinatam, & qua-  
litates determinatas, natura est ab aliquo locante conservari, & fal-  
vari, & ab aliquo corrupti : & quando continetur ab ultimo illius,  
quod natura est ipsum salvare, dicitur esse in loco naturali, licet na-  
turalitas multum accidat rationi loci : pro tanto igitur est in loco na-  
turali, quia est in locante naturaliter, id est, est in ultimo aliquius con-  
tinens, quod natura est salutare contentum.

Ad propositum igitur ita applicando de Angelis, dico, quod Ange-  
lus non necessario est in loco : quia multo magis posset fieri Angelus si

ne creatione creatura corporalis, vel facta creatura corporali posset  
fieri, & esse extra omnem creaturam corporalem : & tamen in Angelo  
est potentia passiva, qua posset esse in loco. Et ista potentia, vel tun-  
datur immediate in ejus substantia, qua posset esse in loco, vel in ipsa,  
inquantum est natura limitata singulariter existens, vel in aliquo ex-  
trinseco ipso Angelo, quidquid sit illud : & ideo non oportet quartre  
aliquam intrinsecam rationem essendi Angelum in loco necessario,  
quia ibi nulla est : sed tantummodo est in ipso potentialitas passiva, qua  
potest esse in loco, quia non repugnat sibi. Supposito igitur isto primo,  
non oportet, quod est in loco in actu, quia non potest, quod sit in ali-  
quo continent individually actualiter existens, non enim facit latera  
concentricis distare : & ideo non facit superficiem continentem in actu. De  
tertio est dubium, & de hoc mota est secunda quæstio. Concedit  
tamen communiter, quod non potest esse in loco quantumcumque  
magno, quia hoc est proprium Dei : & ex hoc videtur non posse esse in lo-  
co quantumcumque parvo, ex 35. primi Euclidis, qui vult, quod  
quidquid potest esse in uno aquiloni, & in reliquo, si sibi figuratio  
non repugnat.

Ex hoc arguo sic, quidquid potest esse in uno æquali. potest esse  
in altero, si ibi non repugnat figuratio aliquis, secundum quam  
unum distinguuntur ab alio : sed Angelus nulla figuratio loci, in quo  
est, repugnat : igitur si potest esse in uno æquali, & in altero, &  
per consequens si potest in quadrato quantumcumque parvo, vel stri-  
cto, quod non potest ponere dicendo, quod non repugnat sibi esse  
in quantuncunque loco, sequitur, quod non repugnat sibi esse in lo-  
co quantumcumque loco, quia quadrangulus est æqualis illi qua-  
drato parvo, in quo potest esse. Istud declaratur per oppositum in  
corpo naturali : ideo enim aqua, quia potest esse in quadrato, non  
potest esse in quadrangulo quantumcumque longo, quia non potest  
esse in loco quantumcumque stricto : & ideo non potest quantum-  
cumque protendit secundum magnitudinem : non enim potest proten-  
dit secundum longitudinem, nisi constringatur secundum latitudinem ; & si non potest in infinitum constringi secundum latitudinem,  
non potest in infinitum protendit secundum longitudinem. Oppositum  
est in proposito, si enim Angelus non determinaret quantumcumque  
locum in minus, tunc potest esse in loco quantumcumque strictiori,  
& strictiori : hoc est falsum : ergo, &c.

Præterea, si quantitas aliqua virtutis est in Angelo, secundum  
quam potest esse in aliquo loco proportionabiliter secundum ultimi-  
num potentie fus, puta isto tantum, & illo tantum : posset tamen  
secundum ultimum potentie sua facere se in minori loco isto quanti-  
cumque sibi adequare : hoc autem posse est aliquid virtutis acti-  
væ in eo, quia in potestate sua est, ut posse utri ea ad effectum sibi  
adsequatur, vel non ; igitur magis posse habere istam quantitatem  
in potestate sua est perfectius, quia majorum habet virtutem activam ;  
& ita est potens ut illa virtus activa in infinitum ad essendum in no-  
ni, & minori loco, quam sit ille locus sibi adsequatur : igitur ha-  
bit

bet potentiam infinitam. Consequens est inconveniens, igitur; & ad-  
tendens, sicut igitur si posset in infinitum esse in majori, & majori  
loco, concludetur infinitas virtus sua: ita & concludetur infinitas  
virtus sue, si posset esse infinitum in minori, & minori. Si tamen  
posset esse in puncto (a), vel non, non videtur ratio necessaria nec ad  
unam partem, nec ad aliam: quia licet Angelus sit indivisibilis, non  
habet tamen indivisibilitatem limitatam sicut punctus: & ideo non  
oportet ipsum esse in puncto sicut in loco. Nec forte repugnat tibi esse  
in puncto sicut in loco: quia nullum inconveniens videtur ex hoc infer-  
ri: quia si ex in puncto sicut in loco hoc interatur, quod non pos-  
set moveri localiter, nisi ipsatum esset in puncto, non sequitur. Posset  
enim immediate ex loco punctualiter ferre se in continuum, cuius conti-  
nuus punctus est terminus.

De isto igitur articulo videtur concludendum, quod habet locum  
determinatum: indeterminate tamen hoc modo, quia aliquis locus est  
quo maiorem non posse habere: & aliquis, quo non posse habere mi-  
norum, loquendo de loco continuo, licet forte posset esse in puncto. Unum autem determinatum locum requiri: & determinata, ita quod  
habens tantam virtutem, si est prefens loco de necessitate, est prefens  
ratio loco, nec in potestate sua est quod sit prefens majori, & minori  
loco: sicut est de corporibus, quia quodlibet est necessarium in loco sibi  
requiri; anima etiam intellectiva necessariet in loco rotius corporis  
animati, ita quod non est in potestate eius esse in loco majori, vel mi-  
norii. Hoc enim dubium est, quia nec videtur posse faciliter probari  
una pars a necalia. Quod quidem inconveniens est, si quantitas sua  
virtualis, per quam potest esse prefens aliqui loco, sit naturalis ratio  
essendi in tanto loco suo modo, sicut quantitas corporis est naturalis  
ratio essendi in tanto loco suo modo, ita quod licet in potestate mea  
sit me esse in loco, vel in illo loco, non tamen est in potestate  
mea, ita in tanto loco, vel in tanto: quia sit effectus, vel naturalis  
consequens quantitatis, que non subest potest illa mea, & sicut nec  
in se, ita nec quantum ad istum effectum, esse feliciter in tanto loco,  
vel tanto. Nihil ergo videtur sequi inconveniens, si ita ponatur in  
Angeli. Vel bi ponatur, quod quantitas eorum habeat aliquem locum  
adequatum, quo maiorem non posse habere secundum condi-  
tiones sue virtutis, & silentia: licet tamen ipsa sub voluntati An-  
geli, ut possit non semper habere illum locum, sed majorem, vel  
minorem, non sequitur inconveniens. De quanto pater, quod non  
est in loco commensurable, quia non habet partem, & partem cum  
partibus loci. De quinto dico, quod est in hoc loco, vel illo, quia  
non est ubique, & hujus ratio querenda est. Dico igitur, quod si  
aliquid posset esse secundum se in potentia passiva determinate ad ali-  
genus Physician, & non est determinata in potentia passiva ad aliquod  
quam speciem illius generis, tunc ab eodem reducitur illud ad actum  
illius

a. D. Bonaventura affirmativa, Var. negativa. Ex parte D. Thibaut.  
q. 5. art. 2. Angelum esse in puncto, nec ne problema.

illius generis, & speciei, sicut si superficies, unde superficies, sit ex se  
determinata ad colorem, & non sit ex se determinata ab albedine, vel  
nigredine: tamen ab eodem agente reducitur ad actum coloris, &  
alicuius coloris: quia non est colorata nisi quia sic est colorata. Ita di-  
co hic, quod licet Angelus sit in potentia ad ubi in communione, & non  
ex se determinatus ad hoc ubi vel illud: tamen ab eodem agente re-  
ducitur ad hoc, ut sit actualiter in loco, & in hoc loco, vel illo, illud  
autem, quo primo potest esse in loco, & a Deo producente ipsum (a)  
super creaturam corporalem continentem: sed extincione potest reducere  
scipium ad actum ipsum, sicut patet in questione de motu Angelii. De  
facto dico, quod non est in aliquo loco naturaliter, quia tunc est in  
aliquo loco violenter, tunc etiam aliquod corpus habet naturalem  
aptitudinem ad ipsum conservandum in loco, & aliquod corpus ad ip-  
sum conservandum. Es confirmatur ratio per Avicen. 9. Metaphys-  
ica, ubi vult, quod motus celi non est naturalis: quia tunc terminatur  
ad quietem naturalem, & motus ab illa quiete, est violentus,  
& ita est in propposito: & hoc accipiendo naturalitatem proprie, sicut  
illud dicitur moveri naturaliter, quod inclinatur naturaliter ad mo-  
tum. Ex isto facto patet, quod illa potentia passiva, que est in Ange-  
lo (b) ad secundum in loco, non est naturalis, nec violentia, sed neutra  
qua nec illud passum inclinatur ex le naturaliter ad istum formam,  
nec ad oppositum: sed neutro modo se habet ad ista, sicut superficies  
ad albedinem, & nigredinem indifferenter se habet.

Ad argumentum, omnes authoritates, qui negant Angelum esse in  
loco, sum exponenda, quod verum dicunt ipsum non esse in loco cir-  
cumscriptive, circumscriptio autem includit esse in loco actu, & ap-  
quali, & communis: & iuxta secundam, tertiam, & quartam  
conditiones loci, que non convenient Angelu. Ad illud Philosophi-  
potest concedi, quod superficies aliqua corporis continet Angelum: non  
tamen ex hoc sequitur, quod sit agens inveniens, vel continens rela-  
tivus eius: qui continentia loci est alterius rationis: a continentia for-  
ma, vel specie, talis enim continentia nihil aliud est licet, nisi conte-  
natum esse infra hanc superficiem continentem, & nihil eius esse extra.  
& hoc verum est in quocunque contento definitivae, quia nihil eius  
est extra locum ambientem. Ad illud de fato, sive ut accipitur pro dif-  
ferenti quantitatibus, sive ut est predicationem, si illud Pradicandum  
poterit supponit quantitatem, nentro modo maior est vera: quia non  
oportet omnem in loco habere sicutum altero illorum modorum, nisi  
sit in loco circumscriptive.

Ad secundam questionem (c) patet ex dictis in 3. art. scilicet de  
loco determinato.

2. Id est casu empirico, q. 9. q. 10. b. De potentia neutraria  
de Scoti, q. 4. q. 5. 1. prol. q. 4. diffini. 43. quaest. q. c. f. 6. in ordine.

## QUAESTIO SEPTIMA.

*Vixit unus Angelus posset esse simul in pluribus locis?*

**Q**uod non (*a*) ; quia tunc distare a se sicut locus distat a loco. Consequientia probatur ex opposito consequentis ; quia illa , que sunt omni aliquid tertio , sunt simul inter se .

Ieron , Angelus est ordinis natura materia : igitur secundum quodlibet , quod potest esse sibi ; igitur secundum locum ; ergo non potest simul esse in pluribus locis . Præterea duo ubi sunt formaliter contraria ; quia inter ea potest esse distincta localis & per consequentem motus , & motus est inter duo contraria , vel a contrario in medium , & in precedenti questione dictum est , quod omnia distincta ubi sicut distinctor species , & quae differunt species sub eodem genere sunt contraria , & contraria non possunt nisine eidem ; quia maxime distat sicut nec contradictionis : ergo &c. Item si sic , tunc potest simul quietere , & moveri ; quia quietere secundum unum ubi , & moveri secundum aliud : sed quietere & moveri intercuter quietere & non quietere , que sunt incompatibililia in eodem ; igitur &c.

Præterea , aut posse moveri simul ad illa duas ubi , aut ab uno ubi moveri ad aliud , & tamen manere in illo primo ubi , & acquirere secundum cum hoc ; non primo modo , quia duo motus ejusdem speciei , non possunt nisine eidem *z.* Postquam , neque multo magis duo motus contraria ; & nec secundo modo , quia termini motus sunt incompatibilis : & ideo mobile acquirendo terminum ad quem , necessario sumit terminum a quo : igitur &c. Contra . Angelus potest esse in aliquo loco toto , puta pedali . Faciat igitur se in extremitate hujus loci , non exhibendo se praesentem medio , quia non est ibi ut forma , nec aliquo modo alio , qui videatur necessario requirere praesentiam rotum : igitur exit in duobus locis non continuo : Præterea , corpus potest esse in duobus locis simul ; ergo multo magis spiritus . Antecedens declarabitur in quarto , in materia de Eucharistia (*c*) .

In ista questione Damasc. dicit lib. 2. cap. 3. quod de facto non est simul in duobus locis ; quia secundum eum , cum sunt in celo , non sunt in terra & nec in converso . Hoc est , de facto ; de possibiliitate tamen eorum naturali , videut probable , quod non potest unus simul esse in duobus locis , quorum uterque sibi sit adequatus secundum ultimum potentie sua : patet si secundum ultimum potentie sua posset esse in loco unius materialis , non posset virtute propria esse in duobus locis talibus : quia tunc iste locus non videretur sibi

*esse*

*a* Vide D. Thom. 1. part. qu. 52. art. 2. *C* Bonav. atque Var. quæst. presenti qui tenent partem negativam. *b* Physic. 1. c. 2. n. 15. *c* Tenu. cap. 19. *d* Physic. cap. 26. *e* circa fin. *f* Difinist. 10. quæst. 2.

## Quæstio Septima.

99

esse adiutorius secundum virtutem suam naturalem . Sed utrum in duobus locis disconuenire possit esse , quorū nec unus , nec aliis est sibi adequatus , duobus est : nec videtur ratio necessaria pro , nec contra .

Sed quod in duobus locis , sive adiutoriis , sive non , posset esse per potentiam divinam , certum puto , quia nullam contradictionem includit , ut dicatur in quarto in materia de Eucharistia .

Et ideo ad argumenta , ad primam partem , quæ videntur probare non tantum impossibilitatem de potentia Angeli naturali loquendo : utrum etiam impossibilitatem simpliciter , quia contradictionem , respondendum est . Ad primum dico , quod non sequitur ; sicut nec in converso : quando illud tertium , ad quod comparatur extrema , est illuminatum secundum illud , secundum quod extrema comparantur ad ipsum , scilicet pater de anima in manu dextera , & similitus quæ anima non distat a se : & tamen manus distat a manu ; ita Deus non distat a se , tamen distat inter se illa ; quæ cum illo sunt hæc & ROME . Quodcumque autem ponitur idem in duobus ubi quaecunque virtute sit in eis , est aliquo modo illuminatum ad illa , & ideo neutra consequentia valet . Ad secundum dico , quod ex se limitatus est ad naturam , & proprietates naturales , sed ad pauciorum accidentialem , sive ad respectum , qualiter dicit , ubi , (vel fatem non est sine respectu) non oportet ipsum esse limitatum ad unum adequatum omnino ita , quod impossibile sit ipsum habere duo talia , licet forte virtute naturali sit limitatus ad unum adequatum . Ad tertium quare :

Potest dici , quod non est inconveniens contraria relativi insesse eidem ; (*a*) inconvenientiam enim efficit ab absoluто . Patet de relationibus movienti , & motu in eodem ; patet in quarto diff. 10. q. 2. ad primum argumentum , & similiter in hac q. ad ultimum argumentum . (*b*) Potest etiam dici , quod non est inconveniens , si illud cui insint ibi ut illuminatum ad plura ubi , qualiter efficit in proposito Angelus : patet ex precedente solutione , sicut in effectu divina sunt relationes opposita .

Ad quartum dico , quod sicut moveri est alter se habere nunc , quam prius ; (*c*) ita quietere est , nunc se habere sicut prius , non est autem inconveniens respectu hujus ubi , aliquid se habere nunc , ut prius , & respectu alterius ubi alter se habere nunc , quam prius ; & ita non est inconveniens , quod hic posse quietere , & ibi moveri . Et hoc concedo absolute , quod quiete simul , & moveri , quia predicata affirmativa simpliciter sumpta sequuntur ex seipso sumptis cum determinatione non dividimur . Et cum inferius ulterius , igitur quietere , & non quietere , ibi est ignorantia Elenchi , & fallacia secundum quid , & simpliciter : nam quietere non inter non moveri absolute , sed tantum cum illa determinatione , cum qua accipiebatur quietere , prout antecedebat ad quietere simpliciter ; &

*G* 2

idea

*a* Addit. *b* Vide sup. d. 2. p. 2. quæst. 3. & d. 5. quæst. 5. *c* 19. G. Phy.

ideo non sequitur, nisi quod hoc rueretur in hoc ubi: & non moverunt in illo ubi, quis non sunt concurrit. Exemplum huius est: Hoc est duplex ad A. & dimidium ad B. igitur est duplex, & dimidium: sed non sequitur, ergo est duplex, & non duplex, non enim sequitur ex primis antecedentibus, nisi cum illa determinatione, quod est duplex ad A. & non duplex ad B., & ex illis non sequitur ultius, ergo duplex, & non duplex: sed est ibi ignoraria Elenchi, ita quod in omnibus talibus, in quibus contrahantur predicationes, inferunt affirmativas, in quibus eadem praedicata simpliciter includuntur, sed non inferunt negativas, in quibus praedicata inferuntur simpliciter subjectis non convenientem propter causas dictas.

Ad ultimum dico, quod utroque modo est possibile, & cum improbatur primus modus: dico, quod non est incompossibilitas motuum, nisi propter incompossibilitatem formarum, secundum quas sunt motus: & ideo si duo ubi non sunt formaliter incompossibili, nec ut habent esse in motu, nec ut habent esse in fluxu, nec duo motus ad duo ubi in eodem simul erant incompossibili. Est autem dictum Philosophi: *Physico*: (a) verum de motibus secundum formas incompossibili, quales sunt forte, forma absolute, sed non ejusdem species, & de hoc alias. Et cum improbat secundum modus: dico, quod sicut generatio, & corruptio sunt duo motus & habent proprios terminos distinctos: licet frequenter concurent, & tunc sunt quartus termini, duo scilicet a quibus, una privatio, & una forma, & duo termini ad quos, scilicet una privatio, & una forma: ita in motibus est recessus a termino a quo, & acculus ad terminum ad quem: & tamen sicut generatio abesse contradicit, one potest esse sine corruptione, vel e contrario, quia non sunt eadem mutatio, ita potest esse motus, vel mutatio, in quantum est accusus ad terminum ad quem absque alio motu, qui est recessus a termino a quo. Et tunc cum dicitur termini motus sunt incompossibili: verum est de proximi termini ejusdem motus: sed non est verum de terminis, qui possunt esse quatuorcumque motum distinctum.

## QUESTIO OCTAVA.

An dico Angelus sint simul in eodem loco?

**Q**ued non, quia duas causas totales non possunt esse simul respetu ejusdem effectus: b) Angelus autem extensus in loco, est talis causa respectu operationis in tali loco, propter quam dicitur esse ibi: igitur non potest esse causa cum co aliis Angelus propter aliquam operationem ibi exercitatum.

Alia ratio ponitur ab aliis, (c) quia quae habent eundem modum essentia-

a. s. Met. b. D. Tb. 1, p. qu. 52. art. 5. in solitu. c. Cos. quod. 6. q. 3.

essendi in nobis possunt esse simul, quod declaratur de duobus corporibus gloriosis, que non possunt naturaliter simul esse in eodem loco, licet corpus gloriosum possit simul esse cum non gloriose: ita de duabus dis, & ceteris pares, neuter posset esse cum aliis, secundum Damascen. cap. 5. (d) & tamen Deus potest esse simul cum creatura propter alium modum essendi eorum in loco. Cum igitur Angeli habeant eundem modum essendi in loco, non poterunt simul esse in eodem loco.

In ista questione non est veritas ita clara, (b) & certa de facto, sicut est in praecedenti questione, quia Ricard. 4. de Trinitate, videtur argere demones non habere corpora per hoc, quod lego iuit in corpore unius obiecti. Non enim potuerit legio iusti in aliquo, quod habuerint corpora. Ideo videtur argere, quod si habuerint corpora, sicut corua corpora simul in eodem loco: igitur modo quando non habent corpora, videtur dicendum, quod simul iucent abesse corporibus.

Si etiam omnis Angelus movere coelum sit in meridi, & alius bonus Angelus miles de caelo ad terram, debet transire per illum locum, non videtur necesse, quod non transeat quasi per linea rectam, vel quod alius ceda libi.

Si etiam omnes Angeli iussi creati ante creaturam corporalem, sicut videtur verum secundum Damasc. 17. & 21 non videtur facile assignare, quoniam non sunt simul simili, & si tunc non fuerit inconveniens eos esse simul, nec modo. Quidquid autem sit de facto, & de possibili, de potentia naturali eorum, de possibili tamen respectu potentie divinae, non videtur esse impossibile, quin per ipsam possent esse simul.

Et tunc ad argumenta prima, quae videntur probare oppositum, respondentem est. Ad primum dico, quod simul supponit, scilicet, quod Angelus non sit in loco nisi per operationem: quod improbat est in t. 4. butia materiae. (e) Si etiam illud suppositionem admittatur, potest ut Angelus operari circa illud una operatione, & alias alia operatione, & uterque secundum illos, potest ponit per suam operationem in loco, videlicet illius corporis, ubi operarentur: & sic esse simul, quod est oppositum conclusionis argumenti. Et si dicatur, quod non possunt operari nisi corporaliter movendo. Nec hoc juvabit, quia si Angelus moveat liberum, ita potest movere secundum ultimum potentia sua, vel circa ultimum potentia sua, & si movere circa ultimum potentia sua, aliud potest movere illud mobile secum: sicut apparet in homine, qui secundum ultimum potentia sua potest portare quartus lapides, potest circa terminum potentia sua tantum portare duos, ita quod potentia sua motiva non habeat actum suum, nisi circa duos: & tunc potest habere aliud

a. Quære D. Tho. quodl. 1. q. 21. & 22. ad hoc. b. Arg. ad opp. Luc. 8. Marci. c. Quære D. Dion. dedi. nov. 3. luminaria. & cap. Var. tenet affirmativam de falso. c. Sup. 6. q. 4. n. 2.

cooperantem portanter secum idem. Cum ergo Angelus sit substantia aegaeus liberè potest aliud movere secum. Ad secundam dicu, quod illa major, que est famosa in multis materiali, non est rationabilis. Nam esse in, nullam habitudinem essentiale dicunt esse ad illud, in quo est: esse autem ab dictis dependetiam essentiale ad illud, quod est aliud, que est pars rationabilis, quod plura possunt esse ab eodem, & eodem modo, & non possunt plura esse a eodem, eodem modo efficiuntur? quare enim plus repugnat respectus accidentalis unius rationis, quam dependencia essentiale unius ratio, nisi? Similiter habent temporalia eundem respectum ad tempus, sicut locata ad locum. Ex hoc ergo videtur loqui, quod non possunt plura temporalia esse in eodem tempore, quod videtur absurdum. Quod autem adducitur de duobus corporibus gloriois, & de duabus diis, si simili esset, si verum esset, oportere aliud probare, quam ex ratione ejus, quod est esse in loco, eodem modo efficiuntur? quia ex hoc non videtur esse repugnativa aliqui similitatis.

## QUESTIO NONA.

Utrum Angelus possit moveri de loco ad locum, motu continuo?

**P**rimo arguitur, quod non possit moveri: quia motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia, (a) ex 3. Physicorum, ubi agunt, vel locum non est actus Angeli, nec perfectio; quia omnis perfectio videtur esse nobilior perfectibili aliquo modo: non sic autem ubi, respetu naturae Angelicæ. Secunda quod non possit moveri motu continuo arguitur, & primo in communione, quod nullum successivum sit continuum, & hoc duplice via probatur. Prima ex hoc, quod omne tale componitur ex indivisibilibus. Secunda, quia componitur ex minimis. Primum consequentiam probat Philosophus 6. Physicorum, (b) quia indivisibile non potest continui indivisibili, cum non habeat ultimum. Antecedens illud, scilicet, quod successivum componatur ex indivisibilibus, probo dupliceiter. Primo, quia dividitur in indivisibilia: igitur componitur ex eis. Probatio hujus antecedentis, possibile est ipsum dividiri in illa omnia, in qua est divisibile: subjectum videatur includere predicatum hujus propositionis: & ex hoc videtur ulterius possibile ipsum esse divisum in omnibus, in quibus ipsum possibile est dividiri. (c) Ita consequentia probatur per illud, 6. Physicorum. (d) Quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri, & tertio Metaphysicorum, & 2. de generatione dicti Philosophus idem. Ulterius ita de possibili ponatur in se, & sequetur: igitur est actus divisum in illa omnia, in qua possibile est ipsum dividiri, & ex hoc sequitur, quod est divisum in indivisibilia, quia si non, non est divisum in omnibus, in quibus pos-

fit

a. Tex. c. 6. 10. b. Tex. c. 1. c. Arg. Democ. Vide c. 1.  
de Gen. 103. d. T. 1. 92. T. c. 12. T. c. 64.

fer dividii: quia adhuc posse ulterius dividii in partes illorum divisibilium.

Secundo probo idem, quia successivi nihil est actu nisi indivisibilis, le: quia si aliquid ejus divisibile esset actu, tunc simul esset successivum, & non esset successivum, illo igitur indivisibili non existente actu, sed rapido transirent, quero quid succedit his? Si aliquid indivisibile succedit his in continuo, haec propositum, quod indivisibile sit immediatum indivisibili, & sic continuum est compotuum ex indivisibilibus. Si non succedit his alii in indivisibili: igitur tunc non erit actu, nam indivisibile ejus non est actu, & sicut assumptum est, successivum non est in actu, nisi quia aliquid indivisibile ejus est: igitur.

Secunda via est, quia componitur ex minimis: igitur non est continuum. Consequens probatur, quia minimum simpliciter, quo scilicet nihil est minus ipso, non habet partem ex qua sit, quia tunc illa est minor eo: igitur est omnino non quantum, quia omne quantum habet partem minorem se. (a) Sed non quantum non potest continuari non quanto: ergo minimum non potest continuari. Antecedens probatur, & autoritatis, & ratione. Primo auctoritate Philosophi 1. Physicorum, (b) ubi rationes suas videntur contra Anaxagoratum inniti isti principio, quod est accipere minimum naturale, ut minimum capnem, vel minimum ignem; sed secundum ipsum. Physicorum, (c) ejusdem rationis est ipsum motum, & magnitudinem, & tempus componi ex indivisibilibus, & dividii in eis: igitur oportebet ponere minimum motum, & minimum tempus, sicut permanens minimum. Idem videtur haberi a Philosopho, secundo de anima, ubi videtur, quod omnium natura constantiam, (d) determinata est ratio magnitudinis, & augmenti. Non solum autem permanentia sunt naturalia, sed etiam successiva: igitur habent determinatam parvitudinem, & magnitudinem. Paret idem etiam per Philosophum in de Sensu, & Sensato, in illa prima dubitatione, ubi videtur volle, quod passiones naturales non sunt divisibles in infinitum. Et hoc videtur probare, quia tunc sensus videatur posse inverti in infinitum; quia ad percependum minimum indivisibile requiriatur anterior sensus id infinitum. Ratione autem probatur secundo idem antecedens ex hoc, quod est dare primam partem motus; igitur, & minime. Consequens pater, quia si quelibet pars habet minorem partem se, habet etiam aliquod sui prius aliquo sui in infinitum. Antecedens illud de primitate, scilicet quod contingat dare primam partem motus ostenditur auctoritatibus Philosophi 1. Physicorum, & 8. ubi dicit Philo. Non enim si partibile in infinitum est quod alteratur, propter hoc, (e) Et alteratio: sed velox fit, sicut multas densitas. Ubi habet Commentator subito, & exponit, hoc est, in instanti, & non in tempore.

G 4

Ex

a. 6. Physic. in princ. b. Tex. 36. 37. 38. c. Tex. 4. 5. 17.  
d. Tex. c. 42. e. Tex. c. 23. in 8. comm. 23. T. c. 52.